

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Commentarius in cantica canticorum - Cod. Ettenheim-Münster 73**

**Cartier, Germanus**

**[S.l.], 1742**

[Cantici Cap. 1]

[urn:nbn:de:bsz:31-108575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108575)

# Canticum Canticorum Salomonis

Osculetur me osculo oris sui. c. i. v. j.

*Dilucidatio.*

*Commentarius*

*O* Sponsi inspiratio Christi, osculum oris dulcis amor inspirationis; dicit ergo Sponsa desiderio astuans, et in amplexum Sponsi inardescens, osculetur me osculo oris sui, ac si diceret: ille quem super omnia amo, imò solum diligo, veniat, qui dulcedine sua inspirationis me tangat, quia cum ejus osculum sentio, subitâ mutatione me derelinquo, et in ejus similitudinem illiò liquefacta transformor. *S. Gregorius hinc.*

S. Gregor. R.

*Meditatio 1.*

*C*onsidera 1. Quenam sit illa Sponsa, qua petit Sponsi oscula? Anima est humana, ex se valde egena, deformis, infirma, immunda, misera, ~~et~~ nihil habens nisi innumera delicta, quibus nobilissimum Sponsum suum toties offendit, ac proinde poenis potius et odio, quam blanditiis et osculo digna. Nihilominus, quasi similis cum tanto Sponso foret nobilitatis et excellentiae, virtutis et meriti, audet ipsius petere oscula. Magna sane esset Sponsa hujus audacia, nisi maxima Sponsi erga Sponsam foret dilectio, et amplexuum ejus affectio.

*C*onsidera 2. Quis ille sit Sponsus? Christus est, unigenitus Dei filius, Rex Regum, et Dominus Dominantium; immensa Ma-

jestatis Deus; excelsus Super Cherubim  
et Seraphim; Super virtutes et potestates,  
Super Dominationes et Principatus: verbo  
Super omnia, quae sunt in caelo, et in terra,  
cujus proinde sublimitatem, opulentiam,  
gloriam, potentiam, sapientiam, pulchri-  
tudinem, suavitatem, excellentiam ac no-  
bilitatem nullus intellectus capere sufficit.  
Verè magnus Sponsus, et laudabilis nimis,  
et magnitudinis eius non est numerus.

ps. 45

Considera 3. Quid sit illud osculum oris  
quod vilis sponsa à tam nobili sponso pos-  
tulat? Est Dei in animam illapsus sua-  
rissimus, quo ei intimè sit praesens sub ratio-  
ne ineffabilis dulcedinis, quam dum ipsa ani-  
ma gustat, et sentit, mirà afficitur et de-  
lectatione. Est item intima unio, mutua fa-  
miliaritas per internam conversationem, sua-  
vitas divini amoris, dulcis amor inspiratio-  
nis, quae anima liquefacta transformatur  
in Deum et inter ejus amplexus suaviter  
conquiescit, ut possit dicere: in pace in  
idipsum dormiam, et requiescam.

ps. 4

O anima mea tu es illa sponsa, quamquae  
alioquin ignobilis creatura, nihilomi-  
nus nunc adeo Christo dilecta, ut licet ipse  
tuus sit Deus, Creator, Redemptor, et Do-  
minus, tuus tamen etiam Sponsus esse ve-  
lit, tuosq; ambiat amplexus. O felicitate-  
m tuam prorsus ineffabilem! O dignatio-  
nem stupendam filii Dei! O amorem ejus  
prorsus infinitum! Cur non iam tota amo-  
re mutuo succensa illius requiris dulcissi-  
mam praesentiam? Cur non ingeminas: os-  
culetur me osculo oris sui? Num quid me-  
lius aut suavius istis osculis unquam deli-  
bare poteris? gusta, et vide, quoniam sua-  
vis est Dominus. Sanè si osculum oris sui  
tibi semel porrexerit, beata es et bene tibi e-  
rit; nimis enim felix est ea anima, qua  
fruitur bono, in quo sunt omnia bona, in  
quo sunt omnia desiderabilia, in quo sunt

ps. 33

ps. 127

p

omnia delectabilia. O anima, qua semper  
desideras esse beata, cur per multa vagaris  
quarendo tibi bona? ama unum bonum, quod  
est bonum bonorum omnium, delectent te  
unice suavisima Christi sponsi tui oscula,  
et sufficit tibi; sic enim habebis omnia;  
Quod si plus aequo hactenus adhesisti crea-  
turis, dirumpe iam vineula ista, omniaque  
terrena tanquam stercora reputa, ut Chris-  
tum lucrifacias, ejusque dulcibus fruaris am-  
plexibus. Dimitte ergo omnia, et inve-  
nies omnia; relinque cupidinem, et inve-  
nies requiem: require divini amoris dul-  
cedinem, et invenies satietatem. Clama-  
cum propheta: defecit caro mea, id est om-  
nis delectatio carnalis, et cor meum id est,  
omnis cogitatio vitiosa. Tibi namque, O Deus,  
dixit cor meum, exquisivit te facies mea, facie  
tuan Domine requiram. Quid enim mihi est  
in caelo, et a te quid volui super terram? Deus  
cordis mei, et pars mea Deus in aeternum!

5. Aug.

ps. 72

## Documenta.

<sup>1.</sup> Quemadmodum ignobilis et deformis puella  
a quocumque rege. a tate florido, aspectuque deco-  
ro in sponsam electa valde sibi metueret, ne  
tam nobilem sponsum vel in minimo offenderet,  
ita et tu anima Christiana vilis alioquin crea-  
tura sponsa tamen Christi effecta, imposterum  
cavebis, ne hoc vel illud, quod nosti displicere  
coelesti sponso tuo amplius perpetres. Examina  
hic, quanam sint vitia, quibus obnoxia es, et  
emenda.

<sup>2.</sup> Licet ad summam dignitatem evecta sit ani-  
ma tua ut pote regi saeculorum, immortalis, et  
invisibili desponsata, nihilominus memor tuae  
propriae infirmitatis, et quod ex te nihil sis,  
nihil habeas, nihil possis, semper parvus  
eris in oculis tuis. quia ut ait sapiens: quan-  
to major es, tanto te humiliabis in omnibus, ac  
proinde minime moveberis, si quis te contem-  
nat, confundat, vel opprobriis afficiat; talia  
enim tuo nihilo debentur.

<sup>3.</sup> S. Bernardus pulchre docet, quomodo ad osculu  
oris divini sponsi sit ascendendum: Prosterne  
te prius, inquit, ad oscula pedum, tuisque lacry-  
mis illos riga, nec inde surgas, priusquam audias.

Eceli. 3.

s. Bern. h.

» remittuntur tibi peccata tua, et deinde  
 » quantum profeceris in gratia, tantum in  
 » fiducia dilataberis. Inde proficere poteris  
 » ad osculum manuum, cum coeperis iam stre-  
 » nue ac perseveranter agere in operibus om-  
 » nium virtutum. Tum demum forsitan au-  
 » debis ad ipsum os gloriae caput attollere. /: pa-  
 » venis ac cum tremore dico /: non solum specu-  
 » landum sed etiam osculandum. Osculum er-  
 » go pedum incipientium est, manuum, profi-  
 » cientium, oris, perfectorum.

Quia meliora sunt ubera tua vi-  
 no fragrantia unguentis optimis. c. i. v. j.

Dilucidatio  
 Comentariorum.

In Hebraeo loco uberum ponitur verbum, quod  
 significat dilectionem; unde Arias, et alii  
 vertunt: meliores sunt amores tui, ut sit  
 Sensus: Sapidiora sunt delectamenta divini  
amoris, quam vinum voluptatis mundanae;  
fragrantia unguentis optimis, id est, ut ait  
Lyranus, magis recreant animum devotum, quam  
quodcumque redolens olfactum.

vid. S. Bern. h.  
 Cornel. a Lap.

Lyran. in h. l.

Meditatio 2.

Considera d. causam<sup>hic</sup> a Sponsa afferri, car adeo ex-  
 petierit uniri cum divino Sponso, quia nempe  
 amor divinus, per quem mens humana unus fit  
 Spiritus cum Deo, suavior est quam sint om-  
 nes voluptates ac deliciae huius mundi. hic  
 enim amor non solum est paternus, sed etiam  
 maternus, id est, blandus, suavis, indulgens ac  
 dulcior super mel et favum. Sponsa igitur  
 illam suavitatem experta, exclamat: oscu-  
 tur me osculo oris sui, quia meliora sunt u-  
 bera tua vino. quasi diceret: nolo honores, no-  
 lo pompas, nolo opes, nolo delicias, sed solum  
 o Sponse dilectissime, tuam dulcissimum praesentiam  
 expeto, ut scilicet per tuum in ani-  
 mam meam illapsam mihi intime uniaris,

S. Thom. Will.  
 in h. l.

et ego tibi amoris amplexibus copulari, ac  
Carere suavitatis tua refici merear. Hoc dum-  
taxat cupio, hoc desidero, hoc requiro, quod  
cum assecuta fuero, facile fastidiam omnes  
mundi delectationes; Longè enim Sapidius est  
Lac spiritualis dulcedinis, quam vinum terre-  
na voluptatis. Unde Psalter, qui hoc Lac gus-  
târat, exclamat: quam magna multitudo dul-  
cedinis tua Domine, quam abscondisti timen-  
tibus te. ~~Propter quod cupio, quod desidero, quod requiro, quod  
cum assecuta fuero, facile fastidiam omnes mundi delectationes.~~  
O dulcedinem ineffabilem, per  
quam, et in qua Spiritus se ipsum supergres-  
sus in Deum totus absorbetur. O felix illa  
anima, qua amore inardescens in Sinu hujus  
Sponsi confoveri, et inter amplexus frequen-  
ter obdormire, et in Summa mentis requie  
in Deum transformari moretur. Converti-  
re igitur anima mea in requiem tuam;  
Deus est unica requies tua: Convertere ita-  
que ad Deum, et invenies perfectam quietem.  
Jonas Separatus à Deo non invenit quietem,  
et cum confugeret in navem, incidit in tem-  
pestatem, Sic nempe extra Deum nulla  
quieta et stabilis consolatio, nil nisi vanitas,  
perturbatio, et afflictio Spiritus. Desipit  
proinde, quisquis amarus hujus sæculi, et  
non dulces divini Sponsi requirit amores.

ps 30

Considera 2. Cur Sponsa dicat meliora, id  
est nobiliora, dulciora, delectabiliora esse  
ubera divini Sponsi, vino terreni amoris; i-  
deo nempe, quia solus amor divinus satie-  
tatem animæ afferre potest, juxta illud Psal-  
mi: aperi os tuum, et implebo illud, hoc  
est dilata desiderium et affectum dilectionis  
tua erga me, et implebo cor tuum dulcedi-  
na, ac satiabo te; anima enim rationalis  
creata ad imaginem et similitudinem Dei  
aliis quidem rebus implicari, minime autem  
impleri potest; quidquid namq; in mundo exis-  
tit, valde exiguum est, si anima compare-  
tur; ea siquidem tam altum tamq; profundum  
Sinum habet, ut etiam summum, et infinitum  
bonum suscipere possit, dummodo os cordis per

ps 80

dilectionem ei aperire vellet. Jam  
nobilis igitur, et tam excellens est divinus  
amor, ut per eum Deo, in quo dumtaxat ve-  
ra Satietas inveniri potest, frui valeamus, quæ  
tanto plenius possidebimus, quo magis eum dile-  
xerimus. Quid mirum iam si melior, si nobi-  
lior dicatur amor divinus vino terreni amoris,  
seu mundanarum consolationum et deliciarum  
qua, tantum abest, ut aliquam Satieta-  
tem nobis  
procurent, quin potius mentem aq, ac corpus in-  
firmant, amaricant, cruciant, maxime autem  
animam decipiunt, infatuant, dementant, juxta  
illud: qui nutriebantur in croceis, amplexati

Thren 4:

prov. 23:

Sunt Stercora: Et illud: Cui va? cui fovea? nonne  
his, qui comorantur in vino, et student calicibus  
epotandis. Attende iam anima fidelis, quod  
cortuum sine amore, esse nequeat, aut enim  
amat vinum terrenarum consolationum, aut fer-  
tur in Deum. Si primum: Summo perere, fallitur,  
cum in eo nullam reperiat Satieta-  
tem, nullam  
quietem, nullam Stabilitatem, quin potius tali-  
ter amando ruit in perditionem. Si secundum ita  
ut se totum in Deum convertat, inveniet in eo  
manna absconditum, cuius ineffabilem dulcedine  
nemo novit, nisi qui in occulto degustat. Quam  
igitur aequum est, ut semper respices, et anheles  
ad suavissima divini sponsi tui ubera, respuasq,  
omnem carnalem delectationem, nisi enim vi-  
num terrenarum voluptatum fastidieris, nunquam  
inter amplexus coelestis sponsi suaviter con-  
quiescere poteris.

4 excellentia

Considera B. Cur dicantur ubera fragrantia  
unguentis optimis, ut nempe set suavitas di-  
vini amoris magis declaretur, anima siquidem  
sancta lacte divini amoris pasta miras coelestis  
hujus amoris consolationes, gustus, delicias perci-  
piunt, ut facile omnes terrenas voluptates  
fastidiant, dicantq, cum Paulo: omnia detrimen-  
tum feci, et arbitror ut Stercora, ut Christum  
Crucefaciam: quare hoc divino nectare et am-  
brosia veluti ebrii, iam sibi videntur quasi  
esse in paradiso, ac cum Angelis beatisq, Deo  
frui; Unde dicunt: nostra conversatio, nostra cogi-

phil. 3

ibidem

tatio, nostra mens noster amor, nostra delicia  
 nostra vita in coelis est; et cum Psalle: miki ps-72  
adhaerere Deo bonum est. Ecce quantus et qua-  
 lis sit amor divinus, qui non solum afficit  
 gustum sed etiam olfactum, instar unguento-  
 rum optimorum; siquidem pusillanimum animam  
 confortat, recreat, ~~refocillat~~ ~~animat~~, excitat  
 ad inuendam vitam Sancta rationem, et ad cur-  
 rendam viam mandatorum Dei. idcirco ait Da-  
 uid: viam mandatorum tuorum cucurri, cum  
dilatasti cor meum amore in delictis divino, quia  
 ut dicit S. Gregorius: qui amat ardentius, eui-  
 rit velocius. Charitas siquidem est vivus fons  
 ex quo manant aqua ineffabilis virtutis, dul-  
 cedinis, <sup>et</sup> odoris, ~~et~~ ~~spiritualis~~ ~~delectationis~~. Sa-  
 lientes in vitam aeternam. Vide iam anima  
 Christiana, praesertim Religiosa, qua teneris  
 tendere ad perfectionem, quam tibi sit necesa-  
 rium divini amoris exercitium; est enim amor  
 divinus radix omnium meritorum totiusq. vitae  
 spiritualis, ita ut quod radix est arbori, hoc sit  
 amor divinus anima fideli; sicut enim virore  
 non habent arboris rami, nisi quem a radice  
 mutuunt, sic anima nostra nec vitam nec meri-  
 tum habet, nisi quantum amor divinus ei tri-  
 buit. Si linguis hominum loquar et Ange-  
 lorum, ait Apostolus, charitatem autem non  
 habeam, factus sum as sonans, aut cymbalum  
 tinniens, et si habuero prophetiam, et noverim  
 mysteria omnia et si habuero omnem fidem,  
 ita ut montes transferam <sup>et</sup> charitatem autem  
 non habuero, nihil mihi prodest. Vides, quam  
 admodum omnia sunt infructuosa cordi Chris-  
 tiano, quod vacuum est amore divino! Vides  
 e converso, quod omnia Dei dona dignitatem  
 suam amori divino acceptam referre debeant.

ps-118

Lyrans. h. Loc.

S. Greg. in cat. am.  
in h. Coc.

1. Cor. 13.

### Documenta

Sicut impossibile est, ut quis dextero<sup>v.g.</sup> oculo coe-  
 lum, et sinistro terram intueri possit, ita fieri ne-  
 quit, ut quis voluptatibus carnalibus ac deliciis  
 spiritualibus simul frui valeat. Firmiter igi-  
 tur tibi propono, quod imposterum omnem car-  
 nalem delectationem amore Christi respicere ve-  
 lis; eo magis cum spirituales delicia tanto pras-  
 tant carnalibus, quantum coelum a terra differt.

2. Cum juxta S. Gregorium per vinum non solum carnalis delectatio, sed etiam cura temporalis exprimatur, à qua mens inebriatur, ut ad invisibilia cognoscenda insensibilis penè reddatur; hinc vel omnem curam temporalem abicias, oportet, vel ita temperes, ut te non impediat, quo minus ad amplexus celestis Sponsi tui facile asurgere possis.

3. Quando quidem divina charitas radix est et forma ac regina omnium virtutum nec non totius vite spiritualis perfectio; hinc stadia tua eò convertere debes, ut cor tuum divino amore succendas, quod facilius consequeris per pia suspiria, scintillantes affectus, unitivas aspirationes; Sapius proinde cum S. Augustino exclama: O amor, o ignis, qui semper ardes in flamma me, accende me; vel cum Propheta:

ps. 41

Sicut desiderat cervus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit in

ps. 62

te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea

Oleum effusum nomen tuum; ideo adolescentula dilexerunt te. c. i. v. 2.

Commentarius

Nota 1. quod oleum nomen Christi, id est, uncti juxta plerosq; S. Patres designat. 2. quod S. Scriptura nomen pro persona nominata frequenter usurpare solet. Senonis proinde est: Tu mi Sponse, tu es ipse Christus Deus et homo effusus in omnes homines, quia omnium redemptor factus, et de cujus plenitudine nos omnes accepimus gratiam. Ideo adolescentula, id est, quavis pia anima sed in perfectione spirituali nondum adulta pro tanto beneficio merito diligunt te.

Jo. 1.

Fromond. h.  
Fromond.

Meditatio 3.

Considera 1. quod oleum sex potissimum habeat insignia, signum enim est pacis, fovet infirmos, pascit etiam sanos sanat vulnera, lumen lucernis ministrat et omnibus liquoribus supereminet. Hoc Christum designat, qui est pax

Honor. August.

9

nostra, qui nos infernos predicando fovit, qui  
nos non solum coelestibus consolationibus, sed  
etiam proprio corpore et sanguine suo pas-  
cit, vulnera peccatorum nostrorum per sua  
vulnera curavit, signis et miraculis lumen  
vita nobis praebebat, atque omnibus sanctis  
supereminet sanctitate et gloria, quin etiam et  
passionis tolerantiam. An non tam nobilia  
praedicata, quae soli Christo competunt,  
et ex quibus tantum animarum nostrarum  
emolumentum percipimus, nos ad amorem  
eius vehementer accendere debent? Finge  
tibi creaturam, quae sit pax et felicitas nos-  
tra, quae nobis lucem vitam tribuat, nos pas-  
cat, nos foveat, ac nostra vulnera saxet, quae  
tibi, obsecro, in pretio apud nos ipsa foret. Et  
ecce Christus haec omnia in nobis perficit,  
ac in super tanta est eminentia, tanta celsitu-  
dine tantae Majestatis, ut gloria omnium  
sanctorum gloria eius comparata evanescat  
sicut lux stella adveniente sole. Proh quem  
beatos nos aestimare debemus, dum tantum  
et tam excelsum bonum possidere possu-  
mus, ipsumque tamquam sponsum nostrum  
amplecti audemus. Vide anima mea, quo  
dilectionis ardore, fervore, ac studio Chris-  
tum coelestem sponsum tuum prosequi debeas,  
a quo omnis tam corporis quam animae tam  
temporalis, quam aeterna tua pendet feli-  
citas. Verum quia amoris probatio est ope-  
ris exhibitio; hinc oportet, ut has olei  
prerogativas operibus misericordiae, pieta-  
tis dilectionis ac patientiae, aliarumque vir-  
tutum quantum potes, in te exprimere  
satagas, tanto magis cum Christi vestigia  
sequi, et cumque pro viribus imitari debeas.  
alioquin nomen Christiani perperam geris, et  
professionem Christianam ementiris.

Considera 2. quantum Christo constiterit,  
ut nos homines redimeret et redimendo in-  
omnes se effunderet. Ut enim animas nos-  
tras sibi desponderet, ac gratia sua dono-

rumq; coelestium participes redderet, semet  
ipsum exinanivit formam Servi accipiens in  
qua laboribus, fatigari, opprobriis saturari,  
alapis cedi, flagris caerari, spinis coronari  
ac tandem cruci affigi voluit. Credisne  
hoc anima mea, vel non credis? Si non  
credis iam iudicata es. Si credis: qui fieri  
potest ut tam amabilem Sponsam,  
qui pro te tot labores, tot dolores, imo  
mortem ipsam eamq; crudelissimam sus-  
tinuit, non toto corde diligas? Cogi-  
ta, quam ingrati, imò vitâ indignam  
eam reputares Sponsam, qua nobilissi-  
mum juxta ac pulcherrimum cerneret Spo-  
sum suum amore ipsius mortem acer-  
bissimam subeuntem, nec tamen erga eum  
ullo dilectionis affectu moveretur. Vide iam  
quid de te sentire debeas, si Christum dilec-  
tum tuum amore tui crucifixum non to-  
to corde, non totâ animâ redames.

Considera 3. quod multa adolescentula,  
id est, fideles anima nondum perfecta sed in-  
cipientes, ac in initio conversionis sua cons-  
tituta dum considerarent infinitum amorē  
Christi Sponsi dilectissimi, quem praecipue  
nobis exhibuit in sua passione. Tanto erga  
eum accensae sunt amore, ut ab ejus amplexi-  
bus nunquam amplius divelli potuerant: ado-  
lescentula dilexerunt te. Vix tibi iam ani-  
ma religiosa, qua multos conversionis tuae  
numeras annos, et tamen tantum abest, ut  
sis perfecta, quin potius necdum inter ado-  
lescentulas, id est, inter incipientes reputari  
mereris. Heu misera, cur tam facile obli-  
visceris profectus tui spiritualis, ad quem  
unicè tendere deberes? An non propterea  
saeculum reliquisti, ut in coenobio pie, justo  
et sobrie vivendo vitam vere spiritualem  
ageres, quod sanè à te exigit sancta, quâ emi-  
sisti professio. Quam igitur turpiter er-  
ras, dum majorem sollicitudinem impendis  
pro rebus hujus saeculi, pro comodis corporis

tui, pro vanitatibus mundanis, quibus  
delectaris, quam pro bono anima tua,  
pro studio profectus spiritualis tui, pro  
exercitio divini amoris, in quo consistit  
tua perfectio; plenitudo enim legis est  
dilectio. Aperi tandem oculos tuos, et  
recogita, quod vita religiosi sit status  
poenitentia et mortificationis, sit conti-  
nua natura violentia, crux et martyrium.  
An ignoras, te in summo salutis tuae peri-  
culo versari, dum per hanc viam ambula-  
re renuis, et quidquid tibi potest creare  
molestiam refugis? Ah iam redi ad cor  
tuum, et hodie incipe, ut te mors si non  
perfectam aut proficientem saltem inci-  
pientem inveniat.

## Documenta

S. Bernardus Super illa verba: oleum effu-  
sum nomen tuum, ita ait: quid ita virtutes  
roborat, vegetat mores bonos atq; honestos,  
castas fovet affectiones? aridus est omnis a-  
nima cibus, si non oleo isto infunditur; insi-  
pidus est, si non hoc sale conditur. Si scribas  
non sapit mihi, nisi legero ibi Jesum. Si des-  
putes, aut conferas, non sapit mihi, nisi sonue-  
rit ibi Jesus: Jesus mel in ore, in aure me-  
los, in corde jubilus.

1  
Serm. 19

Oleum symbolum est gratia et misericor-  
dia; hac de causa sub nativitate Christi  
Romae fons olei scaturivit, qui per integrum  
diem continue oleum manavit, significans  
jam nasei Christum, qui oleum suavitatis,  
clementia, et gratia spargeret per totum or-  
bem. Prodigium hoc narrat Orosius lib. 6.  
c. 19. Euseb. in Chron. Paulus Diaconus. Baron.

2  
Cornel. a Lap.  
hic sens. 3.

Christus nos redimendo in nos se effudit,  
ut actiones nostras vita ipsius conformemus.  
ideo quippe factus est homo, ut quoniam dif-  
ficile nobis erat Deum in illis perfectionibus  
divinis sequi, saltem ut hominem imitari co-  
naremur in operibus humanis; quapropter oportet,  
ut in quavis re exempla illius, qua nobis

3

dedit scilicet humilitatis, charitatis, obedien-  
tia, castitatis, paupertatis, mansuetudi-  
nis & imitemur. Amor quippe, ut ait  
S. Gregorius, non est otiosus, sed magna  
operatur, si est; si vero operari recusat,  
amor non est.

Trahē me post te, curremus in  
odorē unguentorū tuorū. c. 1. v. 3.

Commentarius.  
Hæc dicitur

Nota. Frequens est apud Hebræos numero-  
rum mutatio, ut pro plurali singularis, et  
vicissim singularis pro plurali ponatur,  
de quo videri potest Genebrardus in ps. 30  
v. 11. Hæc autem mutatio Ennalage dicta  
apud memoratos Hebræos ad elegantia de-  
corem servit, unde verbum curremus hic  
sumimus pro curram. Sensus itaque iste est:  
postquam sponsa percepit divinam amoris  
dulcedinem ac intimam unionis cum sponse  
coelesti miram delectationem, mox excla-  
mat: trahē me post te, et in divina tua  
suavitatis fragrantia curram, id est, ala-  
criter, ac velociter te sequar.

Meditatio 4.

Considera 1. quam necessaria sit gratia Dei  
non solum incipientibus aut proficien-  
tibus, sed etiam perfectis; siquidem spon-  
sa, quamquam ad viam unitivam, qua  
est perfectorum, iam pervenisset, et dul-  
cibus osculis ac amplexibus sponsi coe-  
lestis frui meruisset; nihilominus adver-  
tens nihil firmum in homine mortali con-  
sistere, flammamque ac fervorem pietatis  
præter expectationem extingui, petit gra-  
tiam, qua adjuvetur, et confortetur, ut  
semper possit sequi vestigia Christi, et  
~~Quoniam Christiana hanc imitare, sponsa  
ait, ut sicut in via purgativa sicut in lu-  
minativa sicut in unitiva in se habet, sicut~~

ait: trahere me non catenis, vel flagris, uti trahuntur boves et asini, sed vi amoris quemadmodum trahuntur homines. Trahe me, ut perveniam ad justitiae incrementum, ad majorem vitae perfectionem. Trahe me, ut virtutes heroicas semper exerceam, ut penitus abdicem mundum, abnequem me ipsum, atque instar Mariae Magdalena contemplationi et amori divino jugiter vacare possim. O anima Christiana hanc imitare, Sponsam, adeo ut sive in via purgativa, sive in illuminativa, sive in unitiva inveniaris, semper et in omnibus deprecas divinam gratiam, quam tanto certius consequeris, quanto magis te humiliaveris; humilibus enim dat gratiam Deus.

Considera 2. quod Sponsa non simpliciter dixerit: trahere me, sed addiderit: post te. Quasi diceret: da vires, posse per hanc viam tua vestigia sequi, per quam ad gloriam processisti, nempe per dura et aspera, per cruces et afflictiones; neque enim securior est semita ad internam pacem, et ab hac ad gloriam, quam via sanctae crucis, nec spirituales dulcedines degustari possunt, nisi processerint amaritudines. Quid igitur times, o anima mea, tollere crucem, per quam pervenitur ad veram quietem. Ecce enim in cruce salus, in cruce infusio supernae suavitatis, in cruce spiritus, in cruce summa divini amoris, in cruce apex perfectionis: et quanto quis sibi plus moritur, tanto magis Deo vivere incipit. Porro quidquid tibi displicet, quidquid tibi adversatur, quidquid te affligit, crux tua est. Tolle igitur hanc crucem, et ibis in vitam aeternam; sicut enim majus indicium reprobationis non datur, quam crucem a Deo immissam abicere, sic evidentius signum praedestinationis non invenitur, quam eam suscipere, et amplecti, dicente Domino: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. En ille

1. Pet. 5.

lib. 2. imit. Christ.  
c. 12.

Matth. c. 16.

praecepsit bajulans crucem suam, ut et tu tuam  
portes, ac in ea cum ipso moriaris. Quod si  
illa sensualitati tuae nimis dura videatur, atque  
ei succumbere formides, roga Christum Dominum,  
ut te trahere, tibi, gratiam largiri dignetur,  
quatenus usque ad mortem sub cruce constanter  
perseverare valeas.

Considera 3. Quamvis necesse sit anima Chris-  
tiana, quae sequi debet vestigia Christi, ut viri-  
liter agat, certet fortiter, omnem se porcum de-  
pellat, vim naturae suae depravatae inferat,  
omnem abiciat pusillanimitatem; nihilomi-  
nus nunquam ipsa perseveranter ob vinnatam  
suam infirmitatem viam mandatorum Dei cur-  
ret nisi in odorem unguentorum supernorum  
hoc est, nisi per fragrantiam divinae suavita-  
tis adducta, nec non coelestibus illustrationi-  
bus ac consolationibus illecta fuerit. Haec  
sunt <sup>allucinationes</sup> ~~voluntates~~ <sup>accus</sup>, quibus fortiter simul ac sua-  
viter trahitur anima fidelis post vestigia Chris-  
ti. O anima Christiana si necdum sentis te  
trahi non cesses implorare illa superna auxi-  
lia, illas pietatis flammam, illa coelestia unguen-  
ta: clama, ingemina: O Christe Jesu Sponse  
suavissime, trahere me post te, trahere me in  
vinculis charitatis: trahere me à vitiis ad vir-  
tutes, ab ignorantia ad tui cognitionem, à carne  
ad spiritum, à torpore ad fervorem ab inchoa-  
tione ad profectum, à parvis et planis ad ma-  
gna et ardua, à terrenis ad coelestia, à timore  
ad amorem, a voluptate ad crucem et mortifica-  
tionem.

ose. 14

### Documenta.

1. Trahere me: verba ista significant infirmita-  
tem Sponse, ut pote, quia Sponsum sequi neque-  
at, nisi ab eo trahatur. Præterea denotant  
ejus tarditatem ad sequendum Sponsum et pro-  
grediendum in via virtutis. Denique denotant  
trahentem cupiditatis, quae resistit  
charitati, et sequela sponsi; propterea optat  
Sponsa trahi à Christo per gratiam ejus.

Solummodo vel recte currere, vel cursum consummare valemus, inquit Beda, Si Christo Duce ~~est~~ <sup>et</sup> adiutore curramus. Vnde et apostolus, qui gloriatur dicens: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, alio loco manifeste docet, utrum ipse per se, gressus dirigere posset, an Domino trahente cureret, dicens: plus illis omnibus laboravi: non autem ego, sed gratia Dei necum

2.  
Beda hic  
2. Tim. 4  
1. Cor. 15

In via Dei non progredi, retrogradi est, inquit S. Augustinus, et Bernardus, semper proinde nobis currendum est; quia nemo mittens manum ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei. Et certe Christus, quem sequi tenemur, exultavit, ut gigas ad currendam viam. Si ergo illo currente tu gradum sistis, hoc ipso te ab eo elongas, et veluti retrograderis.

3.  
Luc. 9

Quando quidem autem currere non possumus nisi a celesti sponso trahamur; omnis enim sufficientia nostra ex Deo est. Ideo crebri gemitus nostri, preces, vota, ac suspiria ad Deum dirigi debent ut gratiam suam, maxime autem illam divinam dulcedinis ac delectationis spiritualis fragrantiam nobis impartiri dignetur.

2. Cor. 3

Introduxit <sup>me</sup> rex in cellaria sua: exultabimus, et letabimur in te, memores uberum tuorum super vinum.  
Recti diligunt te. C. 1. v. 3.

*Dilucidatio*  
*Commentarius*

Tria sponsa hic ostendit. 1<sup>mo</sup> dicit, se ad intimam unionem, atque ad internam dulcedinem, quam ab initio petierat, esse admissam. 2<sup>do</sup> Bonum, quod desideraverat, gaudet se esse adeptam. 3<sup>io</sup> affert causam suae exultationis. Primum, cum dicitur: introduxit me rex in cellaria sua. Secundum, cum adnectitur: exul

S. Thom. h.

tabimus, et letabimur in te. Tertium, cum in-  
fertur: memores uberum tuorum, recti dili-  
gant te. Sensus igitur iste est: Introduxit  
me Sponsus meus, qui est rex coeli et terra in  
cellaria sua spiritualium scilicet deliciarum et  
dulcedinum; propterea o Sponse suavissime in te  
letor, et exulto memor amorum et blanditia-  
rum tuarum, quae longe superant omnes volup-  
tates mundanas. ~~Quid igitur mirum, si ii qui~~  
~~recti sapient te diligant.~~ O quam merito om-  
nes recti corde te diligunt!

### Meditatio 5.

Considera 1. quam beata sit illa anima,  
qua meretur introduci in cellaria divini  
Sponsi sui; nam abundantia deliciarum spi-  
ritualium tota repletur, repleta inebriatur,  
inebriata suaviter in huius sinu huius coe-  
lestis Sponsi quiescit, identidemque exclamat:  
fulcite me floribus, stipate me malis, quia  
amore languo. O quam felix est languo-  
ris experimentum, quam ineffabile amoris  
divini delectamentum! O beatum incendiū.  
o ardens desiderium! o dulcissimum solatiū  
amare divinum sponsum, unicum, verum, et  
summum bonum. O Sponse suavissime  
Christe Jesu dilata me in amore tuo, ut dis-  
cam degustare, quam bonum, quam suave,  
quam dulce sit te amare. Ecce alius terre-  
nas voluptates, saeculi delicias, mundi honores  
non invideo, ultro relinquo, te solum diligam  
et diligendo possideam, et omnia habeo; tu es  
enim Deus meus et omnia. O amor meus,  
o consolator suspirantis animae, te mea qua-  
runt lacrymae, apud te est os meum sine voce,  
te solum desidero, te solum quero, et in te solo con-  
quiescere volo: quam felix, cum te frui poterō!

Considera 2. quam merito letetur et exultet  
anima pia in divino sponso, qui est purissima-  
rum, inestimabiliumque voluptatum pelagus im-  
mense, qui quidquid suavitatis, quidquid amabi-  
littatis, quidquid jucunditatis, quidquid amoenita-

Can. 2.

7 huius

tis quidquid dulcedinis, quidquid bonitatis ulla  
 in creatura inveniri potest, id totum in se ultra  
 omnem modum complectitur. O Deus Deus meus  
 sitivit in te anima mea. Sitivit et cor meum.  
 O bonum incomprehensibile medullitusq; am-  
 plectendum! O bonum super omne bonum, in quo  
 a quo, et <sup>per</sup> quod sunt omnia, quaecunq; sunt vera  
 bona. Alii igitur alia quarant, alia desiderant,  
 unum ego Deum meum, qui est summum bonum,  
 quero: unum Deum, qui est bonum. Bonorum  
 omnium cupio, ad eum unice anheo: Deus meus  
 et omnia. Millies hoc dicam, millies hoc cogita-  
 bo, millies hoc repetam; neq; enim dicere, aut  
 cogitare majus possum aut melius, quam hoc ipsum:  
 Deus meus et omnia: Utinam ergo te possideam,  
 tuisq; dulcibus fruor amplexibus, sine te enim  
 desipiunt mihi euncta, sine te vana mihi vi-  
 dentur universa, sine te reputo amissa omnia.  
 Verbo sine te non lubet ultra vivere; quid e-  
 nim mihi est in coelo, et a te, quid volui su-  
 per terram: Deus cordis mei, et pars mea Deus  
 in aeternum.

7 Semper

ps. 74

Considera 3. Mirum non esse, si anima, qua  
 recte sapiunt, dum ad memoriam revocant  
 ubera spiritualia seu ineffabilem amoris di-  
 vini suavitatem et delectationem, ingenti  
 erga divinum sponsum suum amore affi-  
 ciantur; quivis enim suapte naturam a-  
 mat, quod delectat. Mirandum potius est,  
 imo summe deplorandum, quod tot insipien-  
 tes anima inveniantur, qua vano amore  
 implicita, et hujus mundi vanitatibus dedi-  
 ta veras sectari delicias negligant. Profecto  
 res est lamentatione digna tot corda Sancto  
 amori aptissima, tot praeclaras Deiq; imagine  
 insignitas animas, qua ex spirituali cum divi-  
 no sponso inito conjugio reginae et Imperatrices ef-  
 fici, coeloq; et terra dominari possent, tam stolidè se ab  
 eo alienare, et cum creaturis, quas amant, perire.  
 O anima mea, noli harum stolidarum animarum vestigia  
 sequi, sed potius omnia studia tua eo converte, ut tan-  
 dem inter numerum earum recenseri possis, qua recto sunt  
 corde. Contemptis proinde omnibus hujus mundi vanita-  
 tibus divini amoris exercitiis frequenter insiste ut dum vi-  
 vens in carne coelestem sponsum tuum super omnia diligis,  
 eum post mortem in sua gloria sine fine videre merearis.

7 ac perpetuo amplexi

## Documenta

S. Greg. h. <sup>1</sup>

1. Vaneta anima, inquit Gregorius, in Sponsi sui / Christi  
"deliciis exultat, dum corporalia respuit, eundemq;  
"Sponsum delicias suas facit, in cuius respectu mun-  
"dana omnia non curat. Sed haec in memoria uberum  
"agit; quia, dum recollit, quanta charitate Christus  
"eam dilexerit, qui sanguine suo eam moriens in-  
"cruce redemit, et quotidie eam in sinu Ecclesiae Ma-  
"tris ejusdem sanguinis lacte nutrit, proculdubio ma-  
"gis ac magis in ejus dilectionem intendit.

2. Petierat Sponsa amplexus et oscula sui divini Spon-  
si, et facta est voti sui compos. Idem et tu obtinebis,  
si cum pari ardore Deum quasieris; fieri enim nequit,  
quin Deus, qui praecepit dilectione sui Super omnia,  
potentissimum det auxiliū ei, qui mandatum hoc im-  
plere cupit.

3. Sponsa degustatis divina amicitia suavitatibus, ha-  
rum recordatione magis in Sponso suo coelesti delectatur  
et exultat. Ita et tu anima pia forte in ariditate  
mentis constituta ad memoria revoca dulcedine divi-  
ni amoris ac fragrantia suavitatis spiritualis, in cu-  
jus recordatione non facile deflectes ad consola-  
tiones humanas, sed potius semper in Domino gaudebis.

Nigra sum, sed formosa filia Jerusale, sicut taber-  
naculum cedari, sicut pelles Salomonis. c. 1. v. 4.

### Delucidatio Commentarius

Nota; Nomine Cedar intelliguntur Cedarum, seu Agaren,  
id est, posterum Cedar, qui fuit filius Ismaelis; unde et  
Cedarum Ismaelita vocantur. Horum igitur tentoria  
cum sub die semper essent, soli, imbribus, et aliis coeli  
iniuriis perpetuo exposita nigrescebant. At pelles Sa-  
lomonis auro et margaritis ornatissima erant, et ideo  
formosa. Ceterum hic mentio fit pellium Salomonis  
auro ornatarum, quibus tegebatur tabernaculum, ut  
indicaretur charitas Christi, qua operit multitudi-  
nem peccatorum. Videntur autem hic adolescentu-  
lula mirari, et veluti sponsa obviare, eam esse  
indignam osculis tanti sponsi, nec mereri, ut in  
eius cellaria introduceretur, ut quae nigra esset et  
deformis. Cui obiectioni occurrens Sponsa, quem-  
admodum ex sequenti versu clarius innotescit, ait:  
nigra quidem sum, o adolescentula sicut tabernacu-  
la Cedar, sed tamen formosa sicut pelles Salo-  
monis. Nigra nempe ex corrupta mea natura, ex pec-  
cato originali, ex fomite concupiscentia, ex peccatis ac-  
tualibus, ex diversis tentationibus et miseriis; at for-  
mosa ex charitate et gratia, ex variis virtutibus, qui-  
bus ornavit me coelestis Sponsus meus.

### Meditatio 6.

Considera 1. quid anima pia in cellariis Dei contemplan-  
do discat; nempe discat agnoscere suam parvitatem, vi-

~~Murcor.~~

Tirin. h.

litate, deformitatem, obscuritatem, nigredinē, verbo, suā  
 nihilitatem; unde ait: nigra sum sicut tabernacula Ce-  
 dar, nigra, inquā, quia ex me nihil sum, nihil possum, ni-  
 hil habeo, nisi innumera delicta, quibus heu! Deū sum-  
 mum bonū meum toties offendi. Et in hac agnitione con-  
 sistit vera sapientia, et omnis virtutis summa, qui enim  
 bene se ipsum agnoscit, sibi ipsi vilescit, majorem à Deo  
 gratiā accipit, laudibus humanis non delectatur, non refu-  
 git contemni, non ambit aliis anteponi, omni vilitate et  
 extremitate contentus est, et sic in sumā animi tra-  
 quillitate vitā ducit. O quam sapiens fores anima-  
 mea, si peccata tua, si defectus, si infirmitates, si misē-  
 rias, si nihilum tuum ante mentis tuæ oculos crebrius  
 poneret; sic enim non solum internā pace, quæ exsupe-  
 rat omnē sensum, fruereris, verum etiam magis te idoneam red-  
 deres ad uberiores Dei gratiā recipiendam, nec non virtu-  
 tem illam, quæ est sanctitatis fundamentum, facile consequi  
 posses; recordatio animæ propriae foeditatis custos est humi-  
litate.

S. Greg.

Considera 2. aliam adhuc offerri posse rationē, cur Sponsa se  
 dicat nigra; anima enim quæ meretur introduci in cellaria  
 Dei, non solum inflamatur, sed etiam illuminatur, adeo ut  
 mentis intuitu carnat, quam impensus sit Deus, quam bo-  
 nus, quam amabilis, quam desiderabilis, quam pulcher, quā  
 proinde dignus, ut ab omnibus unice ametur, et laudetur:  
 tum ab hoc tam amabili obiecto ad seipsā convertens ocu-  
 los, videt omnē suā substantiam Deo comparatam, me-  
 ram esse vilitatem, abiectiōne, turpitudinem, deformati-  
 tatem, foeditatem; verbo nihilitatem, quo fit, ut nigra  
 merito se nuncupet, ac consequenter dignam, se arbi-  
 tretur, ut ab omnibus pro nihilo habeatur, negligatur,  
 contemnatur; unde si quid simile ei contigerit, non con-  
 tristatur, minus conqueritur, sed potius gaudio affici-  
 tur, instar Apostolorū, qui ibant gaudentes à conspectu Con-  
 cilio, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu con-  
 tumeliam pati. Vide anima mea, quam utilis sit consi-  
 deratio tum immensitatis divinæ ceterarumque perfectio-  
 num, quas in Deo inveniuntur, tum etiam propriae vilita-  
 tis, et nihilitatis: qui enim hæc duo seriā mente sapius  
 expendit, non solum vehementer accendetur ad Deum  
 toto corde amandum, sed, ac omne id, quod infra Deum  
 est, odiandum, ac penitus contemnendum, sed etiam gratiā,  
 quam ab ipso Deo accepit, facile conservabit, Habitque  
 firmiter ab omni lapsu securus.

act. 5

Considera 3. quod equidem valde sit fructuosa agnitio  
 propriae vilitatis ac nihilitatis, sed non est omittenda  
 confessio et grata recognitio magnitudinis divinorū er-  
 ga se beneficiorū; talis enim recognitio nova est dis-  
 positio ad ampliora beneficia consequenda; unde ait.  
 Sponsa: sum formosa, sicut pallas Salomonis. quasi  
diceret: pulchra quidem sum, sed hanc pulchritudi-  
nam non habeo ex me, sed ex charitate, gratia, ac aliis vir-  
tutibus, quibus tanquā auro et margaritis ornavit me. Verus Salomon  
Christus Sponsus meus; gratiā enim Dei sum id quod

quæ operit foeditatē meam,

sum; quidquid igitur in me est ornatus decoris, ac pulchritudinis non ex mea natura, qua per peccatum foeda est, sed ex speciali Christi dono consecutus sum, illig, acceptum refero, ac propterea ipsi soli totam me dedo, dedico, et reddo. O anima ~~122a~~ fidelis, si mentem tuam subeat cogitatio, te quibusdam virtutibus, donisque spiritualibus praedita esse, si putes te ambulare coram Deo, ac propter bona opera tua invenisse gratiam in oculis eius, noli inde extolli, nec quidquam tuis viribus attribue, sed totum redde Deo, a quo quidquid bonum est, proficiscitur; gloriare potius in infirmitatibus tuis, ut in te perseveranter inhabitet virtus Christi; nam, ut ait sapiens: quanto magnus es, tanto te humilia in omnibus, et coram Deo invenies gratiam.

Eccli 3. v. 10.

### Documenta

1. Quia boni et electi mala sua identidem considerant, fit ut virtutes, quas habent, intra limites humilitatis manendo, inviolatas conservent. At mali, quia bona sua jugiter intuentur, iidem excidunt, eoquod ex illis superbiant. Boni igitur etiam malis suis proficiunt, mali vero ex bonis suis detrimentum referunt.
2. Haec duo menti fortiter insculpenda sunt, ut nempe errores, infirmitates, defectus, ac pe lapsus nobis solis adscribamus, bonum autem, quod in nobis est, soli Deo tribuamus, juxta illud: perditio tua ex te Israel tantummodo in me auxilium tuum; nihil enim ex nobis possumus, sed ipse Deus omnia opera nostra in nobis operatur. Semper proinde dicamus: non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.
3. Sicut pars una bilancis dum elevatur, altera deprimitur, sic pariter quantum nobis vendicamus, tantum Deo auferimus; ne proinde miremur, si Deus quamdiu tales sumus, si Deus non permittat, ut a nobis aliquid recte fiat.

ose 3.

ps 113

Nolite <sup>me</sup> considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol: filii matris meae pugnaverunt contra me. C. I. V. 5.

### Comentarius

- Nunc sponsa magis diluide occurrit obiectioni, quam videtur ei fecisse adolescentula, dum mirabantur, quod licet ipsa nigra esset, nihilominus a sponso tantopere diligeretur, quibus proinde ait: nolite me considerare, id est, nolite mirari, quod mea formositas nunc offuscata appareat, quia decoloravit, seu fusca me fecit astus tribulationum, afflictionum, et curarum temporalium; quibus malis accedit malitia eorum, qui mihi eadem fide, eadem religione, eadem spirituali societate, coniuncti sunt, qui, cum contrarius sim eorum operibus, odio me habent gratis, multa mala mihi ~~idonea~~ imputant, pusillanimum spiritum meum reddunt, et perturbant animam meam.

Tirin. 6.

sap. 2.

affligunt

### Meditatio 7.

serm 4. de quad.

Considera 2. quod anima fidelis, dum variis tentationibus, afflictionibus, et tribulationibus impetitur, ex fragilitate sibi innata non leves quandoque maculas contrahat. Has adaugent cura temporales, dum enim per varias actiones huius vite sollicitudo distenditur, inquit S. Leo, necesse est etiam

religiosa corda sordescere. Id autem totum à deo permittitur, ut anima magis humilis inde eradat, et ut discat suis viribus minime fidendum esse, sed soli gratia divina innitendum esse. Deus quippe tantam pro salute electorum suorum curam gerit, ut sciat infirmitates, et lapsus ipsorum, in eorum spirituale emolumentum vertere, quemadmodum ait apostolus: omnia cooperantur in bonum iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Omnia inquit ergo etiam ipsa peccata; quia, qui omne dicit, nihil excipit. ipsa itaque delicta electis ~~etiam~~ prosunt, dum post lapsum plura bona operantur, Deum ardentius diligunt, cautius incedunt, nec ambulant in mirabilibus super se. O anima mea tu ne cede malis: non te deiciat tentatio, sed erudiat, non te reddat pusillanimitas tribulatio, sed humile; non te perturbent lapsus tui, sed cautam te efficiant: non totam te tribuas curis huius vite, sed tantum te illis commoda, quod ut implere possis, semper implora superna gratia auxilia.

ris à sceleratis hominibus afficiatur, nihilominus sine ulla animi commotione, vel perturbatione sustinet cum magna tranquillitate ac multâ patientiâ vasa ira apta in interitum, sic pariter mansueti inter quaslibet injurias, et contrarietates animum ad serenitatem componunt, et delectantur in multitudine pacis. O quam igitur felix illa anima, quae hoc aureo ornamento à sponso suo decorari meruit, quis enim in hac vita beator, quam qui magnâ animi tranquillitate jugiter fruatur, ac velut mons Olympus extra omnem tempestatis insuriam positus purissimâ semper aurâ circumdatus est. O anima mea quae desideras semper esse beata, quid est, quod non ardentius ad mansuetudinem aspiras? O amantissime Deus imperfectum meum viderant oculi tui, haecenus enim mihi imperare non potui, ut in omnibus et erga omnes mansuetus essem, vel leviter quippe tactus mox excandescit animus, ut merito illud psalmi mihi adaptem: tange montes et fumigabunt. O mi suavissime Deus O Christe Jesu sponse dilectissime, fac mihi, obsecro, mureculas aureas, cui largire mihi spiritum mansuetudinis, quem adeo <sup>michi valde</sup> ~~valde~~ <sup>et necessarium</sup> desidero, fac ut per merita tua <sup>ac</sup> <sup>propter nimiam</sup> <sup>etiam</sup> erga me dilectionem me semper totam possideam, ac perpetuâ animi pacis motibus ira, aut impatientia fortiter <sup>prepressis</sup> <sup>grâs</sup> valeam.

Considera 3. Quod anima fidelis valde sollicita esse debeat de ornamento argenteo hoc est, de virtute humilitatis; dicit enim Christus: discite à me quia mitis sum et humilis corde. si ergo sponso nostro placere cupimus, oportet, ut non solum eius mansuetudinem imitemur, sed etiam in humilitate ei similes esse conemur. Et si vitam ab omni perturbatione expertam ducere volumus, humilitatem amplecti debemus; jugis enim pax humilibus, quippe qui omni vilitate, et humilitate contenti sunt; et si denique, magnas gratias à Deo obtinere desideramus, necesse est, ut humiliemus animas nostras sub manu potentis

Si Dei; Humilem enim Deus protegit, et li-  
berat, humilem diligit, et consolatur, humili  
largitur gratiam magnam, et post ejus depressio-  
nem levat ad gloriam. Humili sua secreta re-  
velat, et ad se dulciter trahit et invitat. O  
anima mea pete à Deo, ut tibi spiritum humi-  
litate mittat de caelis sanctis suis, et à se-  
da magnitudinis ejus, ut tecum sit, et la-  
boret, et addatur gratia capiti tuo.

~~...~~  
C. 2. 7 mit. c. 2.

Sap. 9

Documenta

1  
Sicut Deus valde sollicitus est, ut animas  
nostras diversis virtutibus adornet, quod  
non nisi ex immenso ejus erga nos amore prove-  
nit, ita vicissim debemus esse solliciti, quo-  
modo nos gratos pro tanta dilectione erga  
ipsum exhibeamus, quod fiet, si eum vicissim  
ex toto corde amemus.

2  
Quid diceremus de ea sponsa, ad qua orna-  
dam sponsus lotus intentus esset, ipsa vero non  
curaret ornamenta sponsi, sed potius in suis  
sordida vestimenta retinere, et in suis sordi-  
bus remanere vellent, an non magis mere-  
tur, ut sponsus eam penitus averfaretur;  
Cave iam anima ne tandem Christus sponsus  
suus amorem suum à te retrahat, si in vitis  
suis perseverare non metuis, nec adriter in-  
ducere viticera misericordiam, benignitatem humi-  
litem, modestiam, patientiam. Et quibus, ut orneris  
Christus olim tot labores exantillare voluit.

Coloss 3

3  
Quamquam quavis anima fidelis maximè  
mansuetudinem sectari debeat, praecipue tamen eos,  
qui aliis praesunt, hac virtute praeditos esse  
oportet; per hanc enim non solum ingentem  
inter molestas curas sibi procurabunt animi  
tranquillitatem, sed etiam ita subditos suos de-  
vincient, ut non possint non ab ipsis amari.

4  
Sane cor subditorum est in manibus superioris  
mansueti, quocumque voluerit, vertet, et du-  
cet eorum, sibi in omnibus obsequentes reddet.  
Humilitas affinis est mansuetudini; per hanc  
enim magnam animi pacem nobis conciliare, nec  
non amorem Dei et hominum ad nos attrahere possu-

officiis, vel  
ine, vel  
e tranqu  
ira apu  
hi inter  
imum ad  
e in mult  
illa om  
so suo de  
ta beatu  
itate ju  
extra om  
is parip  
t. Cera  
ata, quid  
am apu  
mama vid  
i impere  
omnes m  
factus m  
hui sp  
hincigab  
e f  
mucen  
m man  
necessari  
tan  
erga m  
ican, et  
t impati  
m.  
lis vult  
hoc est  
Christus  
bis corde  
oportet  
temus  
namur  
rta  
amus  
tate  
ig, mag  
s, resp  
lib. man



bilem sponsum suum, ut luce gratia sua illu-  
minet oculos suos, discederet tenebras mentis  
suae, adaugeat fidem, adaugeat et charitatem.

Considera 2. quis sit ille accubitus Sponsi coelestis?

Alterius quidem ~~locus~~ <sup>ejus</sup> accubitus est  
sinus Patris, in quo ab aeterno quiescit requie-  
vit; sed ex infinitum erga nos amorem; licet  
enim ibi beatissima ac plenissima frueretur  
requie; nihilominus, ut nos participes sua  
beatitudinis et gloria ac consortes divina  
natura faceret, dignatus est de excelso  
illo solio ad humilitatem et vilitatem nos-  
tram respicere, et accipiens quamlibet ani-  
mam fideliem in sponsam suam, in ea accu-  
bitum, id est, sedem, et solium, imo coelum  
et templum reponere voluit. Quam ergo  
nobilis esse debet anima, qua tam dignum  
hospitem habere, imo tam glorioso sponso  
copulari, et <sup>ita</sup> "intime" <sup>ei</sup> uniri meretur, ut  
Sponsus sit in ipsa, et converso ipsa in Sponso.

Nysson et Anselm.

Vide iam anima mea, qualem et quantam  
reverentiam ac dilectionem Christo sponso  
tuo exhibere debeas; reverentiam quidem pro  
praesentia, qua tibi uniri, et in te accum-  
bere dignatur, dilectionem vero pro ejus  
amore, qui ipsum ~~in te~~ <sup>ad adduxit</sup> ~~comparavit~~, ut in  
te <sup>in</sup> sedem et templum suum eligeret.

Considera 3. quod accubitus sponsi  
coelestis fiat per charitatem; hac enim  
cum adest, fit anima templum Christi, cum  
vero recedit, fit efficitur anima sedes dia-  
boli. Quid iam mirum, si nardus sponso  
dedit odorem suum, id est, si ad opera bona  
et virtutes ejus plauerunt sponso coeles-  
ti; ~~ad erat namq; charitas~~  
si; inerat namq; sponsae charitas, per quam  
ipse sponsus in ea accubebat. Charitas, quip-  
pe est forma omnium virtutum, a qua istae  
vigorem, meritum, ac consequenter odorem suum  
accipiunt; neq; enim aliquod opus bonum

1. Cor. 13

ps. 43

Matth. 5

epe potest, quod non provenit ex radice charitatis; nam si <sup>om. n. 277</sup> fidem habuero, ita ut montes transferam, si distribuero in cibos pauperum omnes meas facultates, si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, si mortifricatu, fueris tota die sicut ovis occisionis, si percutienti maxillam, probeam saltellam, si auferenti tunicam dimittam et pallium, si denique cruce, ense, bestia, confectionem oppium, et omnia tormenta diaboli fortiter sustineam, charitatem autem non habuero, haec omnia haec virtutum opera nullum dabunt odorem, non placebunt coelesti sponsi, quia plene vacua sunt merito. Vide anima si deliquisti, quanti charitatem facere, et e converso peccatum, quod a te expellit tantum bonum detestari debeas. Roga proinde Deum, ut tantam tibi impartiri dignetur gratiam, qua in te jugiter conservet charitatem, et te ab omni peccato praeservet.

### Documenta

1. Quandoquidem o anima firmiter credis, imo certa es, quod rex coeli et terra ac immensa maiestatis Deus te in sponsam suam eligere dignatus, ideo imprimis cavere debes, ne aliquid committas, quod tanto sponsi displicere possit, tum valde humiliter spiritum tuum dicens: ecce ancilla Domini, non sum digna, ut sim sponsa Dei mei.
2. Cum ad memoriam revocas, quod coelestis iste sponsus etiam cor tuum inhabitare desideret, omnino necesse est, ut prius tanto hospiti dignum habitaculum prepares exerpando omnia vitia, qua oculos tam nobilissimi sponsi offendere possent quod summo opere fieri convenit, cum accedis ad S. Eucharistiam; tunc enim Christus, vel maxime cor tuum pro suo accubitu eligit.

Ecclesi. 4

Non est Apostolus, ut finis Christi bonus odor si-  
nus, sed bonum odorem dare non possumus,  
si alieni à charitate non fuerimus; rogemus  
proinde Deum, ut nunquam permittat, à nobis  
inferri charitatem, quia potius <sup>semper</sup> in no-  
bis augeat; quia quò major fuerit chari-  
tas, eò magis meritoria erunt opera nos-

Fasciculus myrrhae dilectus  
meus mihi inter ubera  
mea comorabitur v. 12

Comentarius.

Sponsa timens, ne per peccatum aliquando  
mitteret charitatem, et sic frustraretur  
sponsi nobilissimi sponsi sui, ait: fas-  
ciculus myrrhae dilectus meus mihi inter  
ubera mea comorabitur. Quasi diceret:  
Scio, quid faciam, quando insurgent  
tentationes, et aliis anima periculis  
exponar, Christum ~~meum~~ crucifixum;  
eum ~~per~~ passionem ejus velut fasci-  
culum Myrrhae in pectore meo recondam,  
in cuius meditatione omnes carnis,  
mundi, et diaboli assaultus facile  
superabo.

S. Bernard.  
et alii

Meditatio 15.

Considera d. quòd fasciculus myrrhae alius  
non sit, quam ipsemet Christus Jesus  
laboribus fatigatus, opprobriis satu-  
ratus, alapis latus, sputis foedatus,  
flagellis laceratus, spinis coronatus,  
dolo corpore eruentatus, et tandem cru-  
ci crudeliter affixus. Is est, quem  
Sponsa inter ubera id est, in corde  
suo recondere cupit. Verè pius, verè  
amabilis, verè dilectus Sponsus, qui fan-

da pro sponsa ignobili Regena justitiam  
tantummodo ut ejus amorem ad se attrahat  
et cor illius ab omni amore impuro, vano  
et mundano evacuet. O mi sponsa ge-  
su, quam ingrata, quam indigna, quam  
infelix forem sponsa, si cor meum ab-  
steri, quam tibi unice consecrarem, aut  
terrenis rebus adhuc inhaerere vellem.  
O quam vehementer doleo, quod hactenus  
alia prater te amaverim. O quantum  
detestor meam infidelitatem et cordis duri-  
tiam, dum quantum defleo meam cocci-  
ditatem et cordis duritiam, dum pro immen-  
sa charitate, quam mihi in tua passio-  
ne vel maxime exhibuisti, mutuum  
amorem necdum rependi, nec propterea  
exiguus aquarum deduxerunt oculi mei  
minis. caligaverunt palpebrae mea a fle-  
tu. Flete iam oculi mei et date rivum  
lacrymarum, ecce dilectus meus vulneratus  
est amor meus crucifixus est. O sponsa di-  
lectissime si anathema si unquam ulterius  
obliviscar dolorum, angustiarum, cruciatuum  
ac crudelissimam mortis tua, haec enim  
imposterum inter ubera mea comorabitur  
tuo, et in tabulis cordis mei insculptum  
permanebunt, ut dicere possim: fasci-  
culus mirra dilectus meus mihi inter  
ubera mea comorabitur

ps. 118  
Job. 16

9 pro me

Considera et quod iam facile intelligi  
possit, ex quibus componatur fasciculus  
iste mirra, nempe ex infantilibus ne-  
cessitatibus, quas Christus in praesepio sus-  
tinuit, ex laboribus, quos in predicando per-  
tulit, ex fatigationibus in discurrando, ex  
vigiliis in orando, ex tentationibus in

penarum, ex lacrymis in compatiendo, denique  
 ex sputis, colaphis, verberibus, flagellis, <sup>Spinis,</sup> et aliis  
 innumeris, qua pro salute generis humani pestu-  
 lit. Dignitate. Sed et myrra potatus est ut  
 nihil desit amaritudinis in operatione nostra salutis,  
 Hoc fitur commemorari debent inter ubera amoro-  
 sa compassionis, sed et assidua imitationis, ait enim  
 Apostolus: hoc sentite in vobis, quod et in Christo  
 Jesu, hoc est, eandem abnegationem, humilitatem pa-  
 tientiam, benignitatem, & patientiam, quemadmodum Chris-  
 tus Dominus.

Considera 3. quam utile sit anima fideli, si  
 hunc fasciculum in pectore suo perpetuo reton-  
 dat. nam scripsit ut ait. S. Gregorius, "ubi  
 mors Christi circumfertur, non potest regnare  
 peccatum; est enim tanta suavitas crucis Christi,  
 ut si coram oculis ponatur et in mente fideliter  
 tenetur ita ut in ipsam Christi mortem intectus ocu-  
 lus mentis aspiciat, nulla carnis concupiscentia, nulla  
 libido, nullus furor, nulla peccati invidia mora-  
 cere possit. Præterea ut docet S. Bonaventura;  
 si quis de virtute in virtutem, de gratia in gra-  
 tiam de bono in melius proficere velit, quotidie  
 quanta potest devotione passionem Domini me-  
 ditetur, quia hoc mentem a terrenis alienat,  
 eamq, non solum angelicam, sed etiam divinam  
 reddit. nihil enim in anima ita operatur uni-  
 versalem sanctificationem, sicut frequens medita-  
 tio passionis Christi. O adolescentula, o fi-  
 deles anime, quibus incumbit in via dei progredi,  
 hunc tam dilectum fasciculum colligate vobis,  
 hunc medullis inserite cordis, hoc munite adi-  
 tum pectoris, ut et vobis inter ubera commo-  
 vetur.

Documenta

Anima amans non nisi post dilectum suum  
 respirat, et si contingat eum multa pati,  
<sup>ponit</sup> ~~reponit~~ sibi ante oculos mentis eius  
 dolores, ei summe compatitur, et a nullo con-  
 solationem vult recipere: ita et tu anima  
 fidelis assidua meditatione revolve vulnera  
 dolores, et mortem Christi sponsi tui, respice  
 omnem consolationem terrenam, ad eum perpetuo  
 suspira, nihil scire volens nisi Jesu, et hunc crucifixu o

7 anima mea, non solum

Philip. 2.

ad colof. 3. Super illud  
 mortificate membra

de Sterni amor. div.

S. Bern.

2 Christus multa mala patienter sustinuit, ut  
tu fortiter aduersa quaeq; patiaris; ad oppro-  
bria factus est sicut homo non audiens, ut  
tu ad injurias filere dicas, crucem suam baje-  
lare voluit, ut tu eo libentius tuam portes.  
factus est obediens usq; ad mortem, ut tu  
in obedientia permaneas usq; in finem. Itaq;  
Christi passio fasciculus mirrha seu Christi  
passio <sup>quasi</sup> est eruditio.

3 Qui salutem aeternam et meritum affluentiam  
desiderat, qui cunctarum virtutum arcem  
exoptat, qui scientiam et sapientiam obtinere  
desiderat, qui aequanimiter inter aduersa et  
prospera stare, securamq; viam inoffenso pede  
perambulare affectat, hunc fasciculus mir-  
rha scilicet passionis dominicae jugiter portare  
studeat in pectore suo non solum compati-  
do sed etiam imitando.

Petrus Cyprici dilectus meus mihi  
in vineis Engaddi v. 13.

#### Commentarius

Videtur sponsa hic metaphoricè loqui de bo-  
tro seu uvis ex reite Insula Cyprici, ubi olim  
praeclarissimum vinum crescebat, in judaëa trans-  
plantata lata et transplantata in vineis en-  
gaddi, quae erant juxta Jericho. Sensus est,  
sicut sponsus meus Christus, ob passionem  
pro me obitam, mihi est fasciculus mirrha ama-  
ra, sic è converso mihi est quasi Petrus Cyprici  
suavissimus et desideratissimus, ~~habet~~ maxi-  
ma confortatio et consolatio, praesertim in  
vineis Engaddi, id est, dum me adoriuntur  
tentationes, tribulationes, et afflictiones. En-  
gaddi enim latine idem est ac tentatio jux-  
ta S. Ambrosium et alios. vid. Corn. a Lep. hic

#### Meditatio 16

Considera 1. Quamquam sponsa magnum ani-  
mi dolorem et compassionem contraxerit ad me-  
moriam revocando durissimum supplicium di-

Harph<sup>in</sup> h. l.

Vid. S. Greg. Beda,  
Bern. Rupert. C.

7 scilicet

q in quibus exuberat  
gratia Christi.

lecti sui pro se crucifixi, nihilominus dum  
 rursus considerat fructum passionis illius, quod  
 nempe pretioso sanguine ejus sit a miserabili  
 demonis servitute liberata, ab omnibus emun-  
 data sordibus, et cohores eterna gloria effecta  
 valde propterea letatur; unde ait: Botrus cypri  
ori Dilectus meus mihi, quasi diceret: Dilectus meus  
ob passionem mihi est fasciculus mirrae amarae,  
sed hanc amaritiam dulcorat fructus Redemptionis  
meae. Plorans quidem ploravi in nocte mororis  
constituta, et lacrymae in maxillis meis propter  
passionem domini mei; at quia devota morte  
 per mortem suam, resurrexit spes mea, et resur-  
 gendo me reparavit ad vitam, ad gloriam, ad feli-  
 citatem aeternam, ideo superabundo gaudio, ac se-  
cundum multitudinem dolorum meorum in corde  
meo consolationes tuo letificaverunt animam meam.  
 O anima mea absterge jam lacrymas ab oculis tuis;  
 ecce enim Deus, qui dives est in misericordia, prop-  
 ter nimiam charitatem suam, qua dilexit te, et  
 cum esses mortua peccatis, convivificavit te in  
 christo, cuius gratia es salvata, et ab iniquitate  
 tua mundata; unde nihil aliud superest, quam  
 ut ambulando coram Deo sollicita sis, ne ultra in  
 te regnet peccatum.

Thren. i.

Considera n. quod sponsus caelestis merito botrus cypri  
 nuncupetur, ipse enim in torculari crucis pressus om-  
 nem suum nobis effudit sanguinem; et quia eius  
 amor erga nos est immensus, hinc ut mirabili unione  
 in ipsum transformaremur proprio hoc suo sanguine,  
 quem quotidie in altari sub specie vini sumimus, nos  
 pascere voluit. O calix meus inebrians quam pro-  
clarus es! tu es enim vinum dulcissimum germinans  
 virgines; tu es peccatorum pretium, infirmorum la-  
 vocrum macularum ablatio, medicina vitiorum, refu-  
 tio laborantium, salus mundi, ac fons vite habens in

ps. 22.

se omne delectamentum et omnem saporis suavi-  
tatem. gaudere anima fidelis, cui toties conceditur  
tam pretioso ac tremendo christi cruore saginari,  
si enim sanguis hircorum et taurorum aspersus inqui-  
natos sanctificat, quanto magis sanguis christi eman-  
dabit conscientiam tuam ab operibus mortuis ad  
serviendum Deo viventi. Sed cogita, quo solari  
radio non oporteat esse puriorem, ac splendidioram  
eam linguam, quo hoc tremendo nimis sanguine  
rubesit.

S. Chrysost.

Considera 13. quod in Engaddi, id est, in tentatione  
invenitur botrus cypri, nempe christus, quia in  
tentatione et tribulatione floret, et exuberat  
christi gratia et consolatio, cuius suavitate et  
robore anima tribulationibus afflicta mirè recre-  
atur, et confortatur; hinc est, quod Apostolus Jaco-  
bus hortetur dicens: omne gaudium existimate  
fratres, cum in varias tentationes incidieritis; quia  
ubi tentamur ab hoste, ibi lotificamur à christo,  
ubi humana tribulatio, ibi divina consolatio,  
ubi crux et martyrium, ibi solatium et refrigeri-  
um; quapropter ait Paulus: sicut abundant passio-  
nes christi in nobis, ita et per christum abundant  
consolationes nostrae. Vide jam, o anima mea,

Jacob. i.

2a cor. i.

quemadmodum cum eodem Apostolo gloriari debe-  
as in tribulationibus et tentationibus, quia in illis  
plus mellis divini latet, quam fellis humani;  
idcirco multa exulsa anima nihil magis appetebat  
quam tribulationes: Aut pati aut mori agebat  
Magdalena de Paris; Amplius, amplius Domine,  
ingeminabat S. Franciscus Xaverius. Has itaque  
sanctas animas pro viribus imitare, et afflictiones  
suas, ac quoque adversa tanquam magna solatia,  
et Dei specialia dona reputa, quia non sunt condi-  
tione passiones tantis consolationibus, quibus adhuc

S. Theresia: Pati, non  
mori, clamabat S.

Verba  
S. est  
lum e  
Pa chi  
Quam  
Simpli  
Solum

in mundo recreantur à Deo anima afflita.

Documenta.

i. Sicut sponsa amaritudinem mirrha seu Domini-  
ca passionis percepit, ita e converso ex botro cypri  
gaudium resurrectionis christi degustavit; ut dif-  
cas modo in meditatione passionis dominicae modo  
in contemplatione resurrectionis eius, et gaudiorum  
futuro vita te exercere debere.

ii. Christus est fasciculus mirrha in passione, seu  
botrus cypri in resurrectione, quia nempe nemo  
coronatur, nisi qui legitime certaverit; delectat  
ergo mentem magnitudo promiorum, sed non  
debet certamen laborum. Prius procedere  
debent amaritudines, et tunc subsequuntur dulce-  
dines. Prius debemus portare crucem et sic per-  
veniemus ad eternam requiem.

iii. Quanto caro magis per tentationem, et tribula-  
tionem attritur, tanto spiritus amplius per inter-  
nam consolationem roboratur, et nonnunquam  
in tantum confortatur, ut sine dolore et tribula-  
tione esse nolle, quoniam tanto se acceptiore  
Deo credit, quanto christo similior fuerit, et pro  
eo graviora perferre potuerit.

Eue tu pulchra es, amica mea,  
Eue tu pulchra: oculi tui columba-  
rum. v. 14.

Comentarius.

Verba sunt sponsi ad sponsam, quorum iste sen-  
sus est: O quam pulchra es sponsa mea propter  
tuum erga me amorem, quo fit, ut sis amica mea,  
sed etiam pulchra es ex dilectione erga sodales.  
Quam etiam me delectant oculi tui, qui sunt  
simplices, et rectum habent intuitum sicut  
columba. Nota, Oculi columbae maxime

denotant intentionem sinceram et rectam animo  
sancta; columba enim rectum habet intuitum, ut  
modo dictum est, non obliquum; oculus enim primo  
intendit in id, ad quod deinde dirigit manus et  
pedes, ut eodem tendant: oculi vero columbae  
toti defiguntur in id, quod aspiciunt: sic anima  
sancta primo tota intendit in Deum ut finem,  
ac deinde ad illum omnes gressus et actiones diri-  
git. secundo sicut oculus intendens in rem aliqua  
eius speciem in se suscipit, illiq; assimilatur,  
sic anima intendens in Deum, illius veluti natura  
imbibit, fitq; divina, et quasi Deus terrestris.  
tertio sicut oculus immediatè aspicit rem, quam  
intendit, nec medium ullum admittit, sic anima  
intendens in Deum, illum unum spectare debet,  
non comoda, non honores, nec quid aliud intermedium,  
quidquid enim medium est, impedit intuitum, et  
intentionem in Deum. vid à Lap.

### Meditatio 17.

Considera id quod corpora terrestria ut ut forma  
sa ac venusta nobis videantur, neuhquam ab Ange-  
lis reputentur aut dicantur pulchra, quia nempe  
norunt aliam longe majorem ac nobiliorem, vi-  
delicet spiritus pulchritudinem, cui omnis corpora  
pulchritudo comparata potius turpitudine, quam for-  
mositas dici debet. Quam ergo magna fuit spon-  
sa venustas interior, ut ab eo, qui est ipsamet pul-  
chritudo, imò qui fuit, se esse infinita pulchritudinis,

31  
extolli mereatur, adeo quidem, ut ei non suffi-  
ciat, semel eam dixisse pulchram, sed ut  
partim excellentiam tanta pulchritudinis desple-  
tur, partim ut vehementiam sui amoris erga  
eam magis declaret, verba ingeminat, et  
Secundo sponsam pulchram pronuntiat. Vide  
anima mea, quam formosa, quam sponso ce-  
lesti chara et amabilis, quam proinde beata  
sit ea anima, quae Deum ardentem amat, et  
quae ob nimiam erga eum dilectionem amica  
ejus dici, et esse meretur. O quam felici-  
tatem te estimare deberes, si etiam ardenti erga  
divinum sponsum tuum charitate ferveres!  
num enim parum videtur, te esse amicum  
Dei, qui est creator et redemptor tuus, dux  
et pastor, protector et defensor, Magister  
et Dominus, à quo proinde omnia facile obti-  
nere poteris, quaecumque desiderare volueris?  
Confidera n. quod Sponsus juxta s. Gregoris  
um ideo bis pulchram suam vocet, quia cui  
dilectio Dei et proximi donatur, gemina pulchri-  
tudo ei inferitur, quae ipse Sponsus delectatur,  
et quam laudat. Dicitur itaque sponsa imo pul-  
chra propter amorem Dei: dicitur vero pulchra  
propter dilectionem proximi, per quam prior  
dilectio, ac proinde etiam pulchritudo perficitur;  
nam ut ait s. Joannes, si diligamus nos invicem,  
Deus in nobis manet, et charitas eius in nobis  
perfecta est. quomodo autem perfecta est?  
quia nempe charitas patiens est, benigna est,

q. tibi

in h. l.

Jo. 4.

1. Cor. 13.

~~1. Cor.~~

psal. 44.

Rom. 5.

1. Cor. 10.

Luc. 11.

non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit, quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. En quemadmodum omnes virtutes à charitate Dei et proximi, tanquam rami à radice arboris promanent. Et hoc est quod inquit propheta, dum sponsam sic alloquitur: astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato charitatis, circumdata varietate virtutum. O anima fideiis roga Deum, ut charitatem cordi tuo inferere dignetur, quatenus in te adimpleatur, quod de se et alijs Dei servis ait apostolus: diffusa est charitas Dei in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Considera 3. quod sponsa dicatur habere oculos columbarum propter rectam intentionem, quae omnia ad Deum dirigebat, oculi enim columbae sunt simplices, et rectum habent intuitum, et ideo non est dubitandum, quin sponsa propter à Deo valde amabilis effecta fuerit; nihil enim à nobis Deus magis exigit, quam ut omnia ad eum tanquam ultimum finem nostrum referamus, unde apostolus ait: sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Certè in intentione omne meritum nostrum consistit; Qualis nempe intentio, tale opus, adeo ut opus bonum et magni meriti ex malà intentione fiat malum, et è converso opus nullig meriti, vel ut aiunt, indifferens ex bonà intentione fiat meritorium, ideo Christus ait: si oculus tuus simplex fuerit,

Totum corpus tuum lucidum erit: id est, si tua intentio bona fuerit, et ad Deum ultimatò referatur, omnia opera ex tali intentione à te facta tibi erunt meritoria: et quanto extensior et intensior fuerit tua intentio, tanto excelsiora, prestantiora, nobiliora, ac Deo gratiora erunt opera tua. O anima mea, quantum amittis, cum negligis habere oculos columbarum, hoc est, cum non intendis omnia opera tua dirigere ad Deum tanquam ultimum finem tuum. Ah quid obsecro facilius, quam ut paululum, dum aliquam occupationem, vel negotium, vel simile quid aggredieris, mentem tuam elevas ad Deum, dicasque propter te mi Deus vel ad majorem Dei gloriam. Hoc fac imposterum, ne aliquando cum lacrymis et gemitibus ingeminare debeas: totà die, totà nocte laboravimus et nihil capimus.

Documenta.

1. Bis pulchra à sponso celesti dicitur ea anima, quae est amica eius, hoc est, quae per ardentem charitatem illius amicitiam sibi conciliavit. vis ergo magnam in Deum obtinere pulchritudinem, stude deponere omni animi languore, ac omni terreno affectu, ut habeas magnam dilectionem.

2. Per amorem Dei amor proximi gignitur, et per amorem proximi amor Dei nutritur; nam qui Deum amore negligit, profectò proximum diligere nescit: et qui dixerit, quoniam diligo Deum, et fratrem suum odit, mendax est.

S. Greg: l. 10 mor.

i Jo: 4.

3. Sicut oculus plures res aspicere potest circulariter dispositas, sic anima fidelis in opere suo plures potest intendere virtutum fines, ut v: g: dicat

volo orare, jejunare, studere & ut satisfaciam  
pro peccatis meis Deo, qui est actus poenitentiae:  
item ut placeam Deo amori meo, qui est actus  
charitatis; insuper ut honorem Deum, qui est  
actus religionis: et quo plures virtutum fines inten-  
dit, eo opus est melius, magisque meritorium.

Ecce tu pulcher es dilecte mi  
et decorus v. is.

Sponsa laudata à Sponso recipit vicem, ac  
universam pulchritudinem suam in eum re-  
fundit: unde ait: Ecce tu pulcher es dilecte mi  
et decorus, quasi diceret: o dilecte, sponse voca  
me pulchram, sed tu verè pulcher es, et qui-  
dem à te ipso, ego solam per gratiam tuam.  
pulcher, inquam, et secundum divinitatem, et  
decorus secundum humanitatem.

### Meditatio is.

Considera si. Sponsum celestem secundum suam  
divinitatem tam stupendo esse pulchritudinis, ut  
licet de eà tot gradus cogites, quot sunt guttulae  
aut arenulae in mari, nihil de eà cogitasse arbi-  
trari debeas, est enim infinita, tanta igitur,  
et tam admiranda est pulchritudo Divina, ut  
in eius visione, et fruitione omnium sanctorum  
beatitudo consistat, quo fit, ut ij per aeternita-  
tem ne uno quidem momento ab eius contempla-  
tione deficiant. Res sanè miranda, quoniam  
enim in rebus creatis pulchritudo, quam si aspici  
intueamur, nobis tandem non vilescat, nihilominus  
licet Beati in aeternum Deum contemplaturi  
sint, nunquam tamen ipsis minus delectabilis  
aut minus amabilis apparebit, quippe qui sem-  
per mirabilia, ac sumè delectabilia in eo intue-

buntur, quam ob causam corda et desideria  
 eorum jugiter ad se attrahet, ac inseparabi-  
 liter sibi agglutinabit. O pulchritudo incom-  
 prehensibilis, cuius visione, et ipse Deus  
 beatus est! O pulchritudo tam antiqua, et tam  
 nova, ad te jam anhelat anima mea! O Domi-  
 ne Deus tu es totus Pulcher et plenus ineffabili-  
 bus delicijs, cur igitur non semper te desidero,  
 cur te non semper ambio. ah quid non oportet  
 me agere, quid non pati, ut tandem tanta pulchri-  
 tudine potiar? ignis, crux, bestia, confractio ossi-  
 um, et omnia tormenta diaboli in me veniant,  
 tantum Deo meo fruam; quorant proinde alij, qui  
 sunt palitra in rebus creatis, ego autem te solum  
 verè pulchrum et unicè amabilem amabo in  
 eternum.

Considera m. Sponsam divinam etiam seun-  
 dum humanitatem valde decorum esse, quippe  
 qui dicitur speciosus formam pro filijs hominum. ps: 47.  
 et certè si post resurrectionem corpora sanc-  
 torum adeo erunt formosa, decora et splendida futura sint,  
 ut fulgeant sicut sol, quando magis fulgebit  
 corpus christi, qui est rex sanctorum, ac proin-  
 de omnia corpora electorum pulchritudine lon-  
 ge superabit. an etiam ambigere possumus,  
 quin ipsius anima divina glorioso splendore  
 in imensum antecellat spiritus sanctorum.  
 O ineffabilis pulchritudo, o admirabilis decor  
 sponsi celestis! Quid, igitur o anima mea,  
 quod hunc sponsam tuum adeo pulchrum non  
 toto mentis ardore diligas? cur eius amore  
 non tota deficias? Num idè, quia Isaias ait:  
 non est ei species neque decor, et vidimus eum,  
 et non erat aspectus, nos putavimus eum quasi

Isa: c. 55.

leprosum. Ergo Sponsus tuus foedus est? absit;  
nunquam enim pulchrior, nunquam amabilior  
quam cum amore tui spiritus foedatus, flagellis  
cosus, spinis coronatus, despectus et abjectus pende-  
bat in patibulo; ibi enim pietas, ibi charitas,  
ibi gratia, et misericordia eius, quae sunt vera  
ac summa pulchritudo, magis resulserunt; Ergo  
ubiq' Sponsus noster pulcher apparet, pulcher  
in colo, pulcher in utero, pulcher in ligno,  
pulcher in sepulchro. O amabilissime Deus  
o sponse pulcherrime reple, queso, cor meum  
inextinguibili dilectione tui adeo, ut sicut  
flama urens totus ardeam in tui amoris  
dulcedine. appone, obsecro, pectus meum dul-  
cissimo cordi tuo, ut ab eo incalescat, et totum  
amore tui ardeat, ac de solo spiritu tuo vivat.  
Confidera v. quod sponsa ob duas causas sponsum  
vocat dilectum. Prima est, ob ejus infinitam pulch-  
ritudinem, quae dicitur splendor habitus et can-  
dor lucis aeternae, et quae est fons et scaturigo  
omnis pulchritudinis, adeo, ut quidquid elegantiae  
in floribus, quidquid venustatis in campis et syl-  
vis, quidquid splendoris in astris, quidquid formo-  
sitate in hominibus, quidquid pulchritudinis  
in Angelis, quidquid denique decoris ac amoni-  
tatis in omnibus prorsus creaturis reperire est,  
id omne ab ea dimanet, ac proinde longe  
eminentius in ipsa reperitur. Quae est propterea  
sibi ab eo collatam pulchritudinem, sponsa namq'  
ex sua natura nigra est et deformis, at per  
per gratiam omnis deformitas ejus absterfa  
est, et adeo palatra effecta, ut ipsemet Deus  
sibi in ea valde complaceat. verè ergo  
dilectus Sponsus, qui sponso suo ineffabilem  
pulchritudinem, hoc est, justitiã, gratiã, cha-

ritatem puritatem, ac efficiam bene operandi, ac  
merendi tribuit. O anima mea roga Deum, ut exulet  
at tenebras mentis tuae, quatenus eius admirabilem  
pulchritudinem, pariter et suam, quam per sacra-  
menta ab ipso accepisti, agnoscere, ac propterea  
in eius amorem magis ac magis inardescere possis.

### Documenta.

1. Nemo non scit, quod pulchritudo creaturarum,  
quo tamen valde est limitata, supra modum domine-  
tur cordibus humanis. qui Ergo fieri potest, ut pulchri-  
tudo creatoris totum cor nostrum ad se non rapiat,  
cum sit illimitata, immensa, et infinita, cui proinde  
creata pulchritudo comparata, tanquam mera  
turpitudine et deformitas reputari debet?

2. Vis anima fidelis Christum jure merito nominare  
posse dilectum tuum, duo debes sapienter contemplari:  
1. eius infinitam pulchritudinem. 2. beneficia  
maxime spiritualia ab ipso tibi collata; hac con-  
templatione facile in ejus amorem inardescas, et  
sic intus senties, te Christum vocare posse dilectum.

Lectulus noster floridus: signa domorum  
nostrarum cedrina, laquearia cypressina. Cj. v. is. is.

### Comentarius.

S. Gregorius et Cassiodorus per lectulum accipiunt  
quietem mentis contemplativo, qua cum sponso sponsa  
quiescit. Signa vero sunt virtutes solidae, et ad salu-  
tem necessaria, inquit S. Bernardus; huiusmodi  
sunt praecipue fides, spes, charitas, quibus tanquam  
trabibus, et signis fulciuntur domus nostra, nempe  
intellectus, memoria, et voluntas, in quibus potentiss  
Deus una nobiscum, ut in templis et domibus suis  
habitat. Denique per laquearia cypressina notatur  
virtus constantia fortitudinis et patientia in ad-

versis, qua instar laquearium onera ponderaque  
sustinemus; sensus proinde est: Placet es dilecte mi,  
et ideo lectus noster floridus est, quia mens mea, in qua  
tanquam in gratissimo thalamo una mecum requiescis,  
cum in silentio et quiete hanc tuam contemplatur pulchri-  
tudinem, irrigatur suavitalum ac dulcedinum imbribus,  
et floret sanctis desiderijs ac pijs cogitationibus; inde fig-  
na domorum nostrarum sunt cedrina, et laque-  
aria dysprexina, id est, magis consolidantur fides spes,  
charitas, necnon constantia, fortitudo et patientia in  
adversis.

### Meditatio 19.

Confidera i quam amabilis et quam desiderabilis sit  
lectus sponsa spiritualis, seu vita contemplativa,  
per hanc enim mens temporalia bona tanquam inferi-  
ora et indigna despicit, ut dicat: quam sordet mihi  
terra, dum colum aspicio. per hanc etiam nascitur  
in mente quies, pax, et tranquillitas adeo suavis, et  
deliciosa, ut ipsa nihil ultra in hoc mundo desiderare  
velit. Siquidem sponsus celestis eam prope se collocat,  
seum unit, et tantam <sup>ei</sup> quietem et saepernarum delicia-  
rum fragrantiam largitur, ut pro gustare possit, cuius sit  
saporis bonum illud, quod in regno colorum elutis suis communal-  
iter promanant sancta desideria ac ardentissimas affectus  
Deum videndi, eoque fruendi. O anima religiosa tu es  
vere illa sponsa, juxta S. Bernardum, quo Christo sponso  
tuo preparare debes lectulum; propterea enim curas  
Martha ~~abieciisti~~ in saeculo abieciisti, ut in conobio optima  
Magdalena partem eligeres. Va tibi! si professionis tuae  
oblita de ornando hoc lectulo nec minimū quid cogitas. quae  
verō aliud quidpiam tibi magis cura et cordi esse deberet,  
quam ire de virtute in virtutem, ut tandem per-  
venias ad via unitivae quietem, in qua tanquam in

lectulo cum sponso tuo dulciter quiescere, ac dicere possis: in pace in ipsum, id est, pariter cum ipso dormiam, et requiescam.

q dilecto Ps. 4.

Considera 2. quod fidei animo nulla inter virtutes magis sint ad salutem necessaria, quam haec tres, scilicet fides, spes, charitas, quae merito lignis domuum comparantur, quia ipsae tanquam firmissimis fulcris omnes mentis potentiae in Deo solidantur, et omne spirituale aedificium nostrum subsistit, ac perficitur; ex fide enim vivimus, sine qua impossibile placere Deo, spe vero, quo non confundit, erigimur in eum, et charitate, sine qua nihil sumus, ei unimur.

Flebr: ii Rom: 5. i Cor: 13.

Vide anima Christiana, num has virtutes possideas? investiga imprimis, num in te sit fides, et si in te inveniat, annon sit mortua? credisne, quod sis electa in templum et sedem Dei summi et infiniti boni, cuius deliciae sunt esse Deum? si hoc credis, cur igitur ei ad ostium cordis tui pulsanti aperire non vis, ceteris vero concedis introitum? En quemadmodum nulla aul nimis infirma sit fides tua, quo impedire nequit, quin proferas creaturas creatori, nihilum omni bono. Porro spes fidei inibitur, talis ergo erit spes tua, qualis fides, charitas vero ex operibus dignoscitur; charitas enim patiens est, non irritatur non agit perperam, non est ambitiosa, non omulatur. Si igitur his virtutum operibus sis vacua, procul dubio a te exulat charitas. heu cocam heu miseram, quo latius dicit: credo, spero, diligo, et tamen vix umbram fidei spei et dilectionis. at si lapsis, in posterum silentio, quieti, ac contemplationi studiosius incumbas; hoc enim modo istas tuas adeo nobiles et eximias virtutes adjuvante divina gratia, quam pro viribus implorare debes, in te reviviscere, augere, ac magis consolidare poteris.

1 Cor: 13

q habes

Considera 3. alios ad huc esse effectus contemplationis, inter quos non ultimum locum sibi vindicat laborum, et omnium afflictionum huius vitae fortis et constans tolerantia, quo per laquearia cypressina denotatur, nam qui per contemplationem novit omnia mala et adversa non solum brevi fore transitoria, sed etiam esse media, quibus aeternam felicitatem consequimur; qui proterea per eam didicit, nihil in hoc mundo fieri, quod non a divina maiestate, aut jubeatur, aut permittatur; neque enim malum est in civitate, ait Amos, quod non fecit dominus, ipse namque attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter; qui, inquam, hoc meditando et contem-

Amos: 3.

Sap: 8

plando didicit, nullo malorum occurſu mouetur, ſed ad ea  
ſemper immobilis et immutabilis perſeuerat, quaſi in ſuperiori  
regione conſtitutus, quo mundi procellae, tempeſtates, fulmina  
non pertingunt. Ecce talis homo ingreditur fines pacis, quietis,  
ac beatitudinis, qualis ſaltem in hoc mundo adhuc haberi poteſt.  
Quapropter, o anima fidelis, ascende cum ſponſa in palatium,  
et apprehende fructus eius, id eſt, erige te ad contemplanda coe-  
leſtia, et apprehendes fructus tuae contemplationis, qui ſunt  
caſta deſideria, dulcedines ineffabiles, ſolidarum virtutum  
exercitia, ac imperturbata animi tranquillitas, pax, et quies.

### Documenta.

i. S. Bernardus ſubminiſtrat modum, quo anima Chriſto  
lectum adornare debeat: "Primo, inquit, emunda conſci-  
entiam ab omni inquinamento irae, diſſipationis, mur-  
muris, ac livoris, et quidquid aduerſari cognoſcitur, aut  
paci fratrum aut obedientiae ſeniorum, de cordis habi-  
taulo eliminare feſtines. deinde circumda tibi flore  
bonorum actuum, et laudabilium ſtudiorum, atque  
adornamenta virtutum, id eſt, quocunq; pudicia, quocunq;  
juſta, quocunq; ſancta: ſi qua laus virtutis, ſi qua laus diſci-  
plinae: Hoc cogitare, in his exerceri curato. ad huius modi  
ſeuere vocabis ſponſum, quia dicere poteris: Lectulus  
noſter floridus.

2. Sponſo noſtro non ſufficit Lectulus, vult etiam habere ſigna  
et laquearia, tempus enim eſt quieſcendi, ſed etiam tem-  
pus laborandi et patiendi. Et certe ſi bona ſuſcepimus  
cur mala non ſuſtineamus? ſi dulcedines deguſtauimus, quae  
onera, ponderaque nobis impoſita non toleremus?

### Cantici Cap: 2.

Ego flos campi, et liliſum convallium. vij.  
Comentarius.

ſenſus eſt: Recte dixiſti o ſponſa: Lectulus  
noſter floridus eſt; at ſcias cum floridum eſſe,  
non ex te, ſed ex me; ego enim ſum flos campi  
campi inquam, quia in omnibus communis, qui humi-  
les fuerint, ſiquidem liliſum ſum convallium  
ſeu humilium, quia non niſi humilibus me com-  
munio.